Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pax erit seruo tuo. si autem aliquid fuerit scelus
quod commisit pater meus fac quod iubes
in seruum tuum. quia fedus domini mecum fecisti
famulo tuo. Tu ergo si est in me iniquitas
occide me. Et ad patrem meum ducere
noli. Et ait ionathas. Absit hoc a te si cognouero
malum patris mei contra te venire
nunciabo tibi. Respondit dauid ad ionathan.
Quis renunciabit mihi. Sed forte responsum tibi
pater tuus durum dederit. Et ait ionathas.
Veni egrediamur in agrum. Cumque exisset
ambo in agrum. ait ionathas. Cras
kalende sunt. et tu requireris. Requiretur
enim sessio tua usque perducit. Descendes
festinus. et sedebis iuxta lapidem cui nomen
ezel. et ego tres sagittas mittam
iuxta eum. et ecce puer exercitatus mittam ad signum.
Tu autem cum puer ueniet dicam ei.
Vade et affer mihi sagittas. Si dixero puero
ecce sagitte intra te sunt tolle eas tu ueni
ad me. quia pax tibi est. sin autem sic loquitur
puero. ecce ultra te sunt uade in pace. De
illo autem quod locuti sumus ego et tu sit
dominus inter me et te usque in sempiternum. Tu